

constans ubique, & docta solertia, in præcludendis hostium Ecclesiæ effugiis, & stabilienda Religionis Catholicæ veritatibus prudentissima soliditas, quæ singula styli, & animi auctoris moderatio, absque ulli debitæ reverentiæ, aut alicujus Catholicæ sententiæ læsione ornat religiosissimè. Quare equidem judico Autorem in hisce studiis veri herois partes explevisse, opus verò prælo dignissimum esse Ecclesiæ Dei, Ministris, & Protectoribus utile juxta ac necessarium, ut utraque potestate, ubicumque inveniantur rebelles illi, conerantur.

Datum Mechliniæ 22. Aprilis 1721.

Joannes Baptista de Smet Episcopus Iprensis.

I M P R I M A T U R,

Si videbitur Reverendissimo Patri Sacri Palatii Apostolici Magistro.

Tb. Cervinus Archiepiscopus Nicomediæ Viceger.

A P P R O B A T I O N E S

T E R T I I T O M I C U M S Y N O P S I.

Jussu Reverendissimi Patris Fratris Gregorii Selleri Sacri Apostolici Palatii Magistri intento animo perlegi tomum tertium Operis inscripti, SS. D. N. CLEMENTIS PAPÆ XI. Constitutio UNIGENITUS Theologicè propugnata, in quo confutatio Propositionum Quesnelli eadem Constitutione damnatarum indefesso usque ad nonagesimam primam continuatur labore. Tantum abest, ut Fidei, honestati, aut sanæ doctrinæ contineat aliquid non consentaneum, ut maximè illam elucidet, tueatur, & à Jansenistarum temeritate, & Quesnellianorum impudentia potentissimis ubique vindicet armis. Siquidem celeberrimus Author, præclaris duobus præcedentibus tomis, uberi studiosorum profectu in lucem editis, Orbi universo notissimus, in hoc etiam Volumine solidissimè, & orthodoxa dogmata propugnat, & Adversariorum frænâ audaciam, irritosque demonstrat conatus: illosque, manifestis redargutionibus passim utens, propriis ipsorum argumentis absurditatis, impietatis, ac rebellionis convincit, & eo, quem adversus veram doctrinam distringunt, mucrone confodit. Dignissimum itaque tertium hunc tomum censeo, ut ad communem utilitatem prodeat in publicum.

Ex Conventu S. Mariæ supra Minervam die 3. Maji 1721.

Fr. Augustinus Pipia Ord. Præd. Sacra Congreg. Indicis Secretarius, ac Sanctæ Romanæ, & universalis Inquisitionis Qualificator.

Hunc tertium tomum cui titulus est Sanctissimi Domini Nostri CLEMENTIS PAPÆ XI. Constitutio UNIGENITUS Theologicè propugnata, ex mandato Reverendissimi Patris Fratris Gregorii Selleri Sacri Apostolici Palatii Magistri accuratè perlegi, nihilque in eo, ut nec in duobus præcedentibus inveni, quod virtutem non exerceat, quod non ædificet fidem, sed Author ubique præstantissimus Orthodoxos dum erudit, novis semper, ac solidissimis hæresim Jansenianam jugular argumentis; Quapropter ad summam catholicæ fidei, contra Quesnellianorum fraudes defensionem censeo, hunc tertium tomum, sicut priores duos luce publica, & immortalitate esse donandum.

Romæ ex Araceli die 8. Maji 1721.

Fr. Jo. Antonius de Panormo Ordinis Minorum, Sacra Congreg. Indicis, & Sacra. Rituum Consult., nec non S. R. Universalis Inquisit. Qualificator.

I M P R I M A T U R,

Fr. Gregorius Selleri Sacri Palatii Apostolici Magister Ord. Prædic.